VOTA, ET MOTIVA A PROCESSV ET CAVSA IN REGIA AVDIENTIA REGNI ARAGONVM, HABITO,

actitato, & existenti, intitulato Processus Ludouicæ de Sancta Fè, & Ludouici Pallon, super Apprehensione prædiorum Sancti Saluatoris, vulgo de Mareca dictorum.

IN Dei nomine Amen. Nouerint vniuersi, quod anno computato à Natiuitate domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo octauo, die decima mensis Septembris, apud Ciuitatem Cæsaraugustæ intus domus Illustrissimi, & Excellentissimi Domini don Thomæ à Borgia, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopi Cæsaraugustan, de consilio suæ Maiestatis, eiusque Locumtenentis, & Capitanei Generalis in presenti Aragonum Regno, in Camara Regij Consilij ciuilis, interuenerunt dictus Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Locumtenens generalis, & Magnifici Domini Thomas Martinez Boclin Regens Cancelleriam, Gaudiosus Azailla, Dominicus à Bengochea, Augustinus Pilares, & Lucas Perez Manrique Regij Consiliarij: coram quibus fuit positus Processus intitulatus Ludouicæ de Sancta Fè, & Ludouici Pallon, super apprehensione: In quo Tres ex dictis Dominis de Regio Consilio fuerunt voti, & opinionis, quod Attent. Content. &c. tenetur, & debet pronunciari, & mandare fieri contenta in propositione (respectiuè) Vicarij, & Beneficiatorum Ecclesiæ sancti Laurentij præsentis Ciuitatis Cæsaraugustæ, & Petri Xarreta Beneficiati dictæ Ecclesiæ Princi-

A pal.

pal. Dominici Adrian Procurator. in bonis ſub numeris primo, & tertio in fine appellitus præſentis apprehenſionis confront. cum expenſis iuribus ſuis durantibus. Et eis finitis contenta in propoſitione Eliſabetis Palacios Principal. Franciſci los Clauos Procurator. in pręſentis bonis ſub dicto numero primo confr. cum expenſis iuribus ſuis durantibus. Et (demptis dictis bonis in reliquis apprehenſis) contenta in propoſitione Petri Hieronymi Pallon Principal. Petri Hieronym. Boſque Proc. cum expenſis iuribus ſuis durantibus. Et eis finitis in eiſdemmet bonis, contenta in propoſitione Ludouicæ de Sancta Fè, & Ludouici Pallon Princ. dicti Petri Hieron. Boſque Proc. nominibus quibus in proceſſu, cum expenſis iuribus ſuis durantibus. Et eis finitis in eiſdemmet bonis cõtenta in propoſitione Eleonoris Copones Princ. Ioan. Lu. Garcia de Benabarre Proc. (per cuius religionem ingreſſum, & eius profeſſionẽ cũ Martino de Funes eius filio Prin. Antonij Lataſſa Proc. præſentis cauſa fuit reſumpta) cum expenſis iuribus ſuis durantibus. Et eis finitis in eiſdemmet bonis, contenta in propoſitione Iacobi Garces Princ. Franciſci los Clauos Proc. cum expenſis iuribus ſuis durantibus. Et finitis iuribus dictorum Vicarij, & Beneficiatorum dictæ Eccleſiæ ſancti Laurentij, Petri Xarreta, & Eliſabetis Palacios in dictis bonis ſuper quibus eorum propoſitiones (reſpectiuè) recipiuntur, contenta in propoſitionibus dictorum Petri Hiero. Pallon, Ludouicæ de ſancta Fe, & Ludouici Pallon, Eleonoris Copones, & Iacobi Garces, cum expenſis iuribus ſuis durantibus, modis & formis ſuperius contentis. Et finitis prædictis iuribus ſupradictorum, cõtenta in propoſitione Ioannis Fernandez de Heredia princ. Antonij Perez proc. eius viduitate durante. Et ea finita, contenta in propoſitione Rectoris Patrum, Capituli, & Collegij Societatis Ieſu dictæ ciuitatis Cæſarauguſtæ princ. Hier. Abenia, & Valerij Cortes del Rey minoris Proc. reſpectu vtilis dominij in prædijs Sancti Saluatoris comprehenſis intra limites bonorum ſub numero quarto in fine dicti appellitus confrontatorum, quæ aſcendunt ad quantitatẽ centum, & trium Caficiorum vnius Modij, duorum Quartalium, & duorum Almutorum Terræ; & eorum reſpectu cum onere ſoluendi Archidiacono dictæ Eccleſiæ Sedis Cæſarauguſtan. qui nunc eſt, & Archidiacono qui pro tempore erit, & Charitaterio dictæ Sedis (per eius mortem pręſens cauſa cum Decano Canonicis, & Capitu-

lo

lo dictæ Sedis fuit resumpta tanquam Dominis directis dictorũ prędiorum Sancti Saluatoris) singulos ducentos solidos Iaccens. quolibet anno, in die & festo omnium Sanctorum, vel vno mense post tributi perpetui cum commisso, laudimio, & fatica, & alijs conditionibus, contentis in instrumento publico Tributationis, sub die vigesima septima mensis Nouẽbris, anni millesimi quadringẽtesimi quinquagesimi secundi confecto, & pro parte dictorum Archidiaconi, & Charitaterij in præsenti processu exhibito: & in reliquis bonis sub numero secundo, tertio, & quarto in fine dicti appellitus confrontatis iure plenij dominij. Et etiam contenta in propositione Don Petri de Bolea Prin. August. Serrano Proc. respectu bonorum sub dicto numero primo in fine dicti appellitus confront. præstita prius (respectiuè) cautione forali alijs propositionibus repulsis, reseruatis iuribus reseruari supplicantibus, neutram partium in expensis (demptis prædictis taxandis) condemnando. Et cum his declarare insertionem propositionis oblatæ pro parte dictorum Decani, Canonicorũ, & Capituli dictæ Ecclesiæ Sedis Cæsaraugustan. & Doctoris Francisci Peña Archidiaconi Prin. Antonij Perez Godino, Antonij Cortes, Braulij la Muela, & Dominici Adriã Proc. sub die decimo nono mensis Nouẽbris, anni millesimi sexcentesimi sexti supplicatã, & alia per Proc. partium (respectiuè) supplicaca locum non habere. Ideo autem reijcitur propositio Archidiaconi, & Charitaterij in vim tributationis, sub die vigesima septima Nouembris, anni millesimi quadragentesimi quinquagesimi secundi, & caducitatis declaratæ ratione canonis non soluti bonorum diuisionis, alienationis in personas prohibitas, & aliarum conditionum defectu in processu oblata: quoniam & si de dominio directo dictorum Archidiaconi, & Charitaterij (per eius mortem, vt dictum est, præsens causa fuit resumpta cum dictis Decano, Canonicis, & Capitulo dictæ sedis Cæsaraugustæ) in dictis prædijs Sancti Saluatoris superius ad mensuram designatis, & intra limites dicti hæreditamenti de Mareca comprehensis ex deductis, & probatis in processu legitimè, & plenè constet, attamen prætensum, commissum per eos factum nequaquam subsistere, secundum certissimas iuris regulas existimamus, quod ex sequentibus verissimis, & solidissimis rationibus, & fundamentis sigillatim ad illius exclusionem inferius adductis apparet. Insistunt primò dicti Archidiaconus, & Charitaterius incursam fuisse

caducitatem per dictam domnam Marquesiam emphyteutam ex conditionum minimè adimpletarum defectu. Ex eo videlicet, quia contra expressam dicti contractus emphyteutici prohibitionem bona emphyteutica in partes diuisit, dum in dicto testamento dicto Iacobo Garces vnum prædium de Mareca, quod ipse elegisset, & dicto Collegio potenti & priuilegiato, & lamparam accensam habenti hæreditamentum de Mareca legauit; ad infringendam verò, & euertendam prædictam caducitatem ex prædictis causis prætensam animaduertendum est, concludenter ex probationibus vtriusq; partis in processu probatum fuisse intra limites, & hæredamenti de Mareca appræhensi quamplurima consistere prædia, alia libera, & allodialia; alia verò tributo affecta vltra dicta prædicti Sancti Saluatoris, quæ per varios & legitimos titulos in dictam domnam Marquesiam, & eos á quibus ius,& causam habuit peruenerunt,ex quo fuit vt prædium dicto Iacobo Garces, potius ex bonis liberis, & allodialibus, quam emphyteotecarijs legatum censendum est. Nec præsumendum est, testatricem voluisse vnum prædium emphyteotecarium legare, vt ex eo, omnia alia prædia Sancti Saluatoris, quæ dicto Collegio præcipua esse voluit in discrimine,& periculo commisi constitueret, quin potius è assumenda est interpretatio, qua actus valeat, & non pareat, & vt culpa euitetur: quid quod dictus Iacobus nondum prædium elegit, & adhuc res est integra, & ideò cōmissum ex hac causa factum nullum, & inutile iudicamus.Idemq. ius statuimus de commisso facto ob alienationem factam dicto Collegio tanquam potenti & priuilegiato, & lampadam accensam habenti; quia ex deductis & probatis in processu constat, consuetudinem vigore relinquendi bona emphyteotecaria Ecclesijs,Monasterijs, & Ecclesiasticis priuilegiatis personis, dictasque Ecclesiasticas, Monasteria, Ecclesiasticas,& priuilegiatas personas frequentissimê, & passim in prædictis bonis emphyteotecarijs, non habita dicta prohibitionis consideratione succedere: quæ consuetudo sufficiens est, saltim ad excusandum dictam domnam Marquesiam, & euitandam caducitatis pœnam; nec enim dolo culpæ eidem attribui debet, si fecit id quod publicè, & palam ab omnibus fieri, & licere arbitrabatur. Ne obstet etiam defectus solutionis pensionis de anno millesimo sexcentesimo, in quo pro parte dicti Archidiaconi prætensa caducitas astruitur; nam ex processu liquet, eo anno dicti Archi-

chi-

chidiaconatus fructus, & dicti tributi, seu pensionis exactionem pertinuisse Alfonso de Villalpando Arrendatori illius legitimo, cui tanquam cessionario, & ius in re habenti irreuocabiliter, non verò dicto Archidiacono facienda erat dicta pensionis solutio, eamque dictus Arrendator non solum protrahere, & differre, sed etiam remittere poterat, nec dicto Archidiacono fas erat de dilatione, nec remissione conqueri, cum ipse ex arrendationis precio integrè, & verè solutus fuerit de dicta pensione. Vltra quod ex processus constat, viuēte dicta domna Marchionisa, sæpè pro eius parte interpellatum fuisse Petrum Perez Proc. dicti arrendatoris quatenus dictam pensionem reciperetur, & eius facto, seu negligentia cuius solutionem fuisse dilatam, quam postea dictus Petrus Perez recipit, & bonam dictæ emphyteutæ fidem agnoscens prædicta instrumentaliter confessus fuit ex quo necessario dicendum est, commissum ex hac causa factū viribus carere, seu saltim ex prędicta receptione à prædicto Procuratore facta, quantumuis à Domino fuerit declarata caducitas, & in iuditium deducta omnes caducitates; ex quacumque causa prouenientes remissas fuisse, prout aliquando in Regia Audientia fuit declaratum. Quibus etiam suffragatur, quia cum dicta pensio in vita dictę domnę Marchesię cessit, & si in ea aliqua mora, seu culpa interuenisset à quibus immunem esse existimamus, non tamen in dictum Collegiū eius successorem transiuit, nec contra eum caducitas declarari potest; in quo nec culpa, nec mora aliqua considerari potest; quia cum primū dictum legatum ad se pertinere intelligit, & intra breuissimum tempus dictæ pensionis solutionem summa diligentia fieri curauit. Nec est alicuius momenti dicti Archidiaconi absentia, & ex ea ignorantia caducitatis ob non solutionem incursæ præsumatur, qua existente pro parte dicti Archidiaconi prætensum fuit contra dictum Collegium successorem declarari posse, quia præter quam quod hoc non est vsquequaque, verum; imo in hoc casu de scientia, vel ignorantia Dominus non curatur. Attamen cum pensio prædicta cesserit in die omnium Sanctorum anni millesimi sexcentesimi, & domna Marchesia mortua fuerit die vigesimo tertio Septembris, anni sequentis millesimi sexcentesimi primi, ex tàm longo temporis interuallo potius præsumenda est in dicto Archidiacono scientia, quàm ignorantia; Cui etiam non parum obstet defectus exhibitionis originalis instrumenti mandati ad cōmissandum concessi: de quo non aliter con-

stat

ſtat quam per ſimplicem illius inſertionem ex aſſertione prætenſi Procuratoris in inſtrumento commiſſi per Notarium de eo rogatum; de cuius viribus dubitare licet, quia cum mandatum fuerit in Curia Romana per Notarium exterum, & incognitum receptum, licet fuerit legallizatum videbatur, quod debebat originaliter Iudici exhiberi, vt de eius viribus inter loqueretur: nam licet eidem crederetur ſi mandatum fuiſſet per Notarium Regni confectum, tamen ne via fraudibus aperiatur, non idem dicendum videtur quoties mãdatum ab alienigena fuiſſet receptum, maxime parte proteſtante, & in validitatẽ mandati opponenti, prout pro parte Collegij proteſtatum, & oppoſitum fuit. Corruit ſimiliter Commiſſum prædictum Charitatherium ob non ſolutionem dictorum trium penſionum factum: quia ex deductis, & probatis in eo, etiam apparet emphyteutas, non ſolum dictas tres penſiones, ſed etiã per tempus decẽ annorum, & vltra omnes penſiones diuerſas dictę Sedi, ſeu eius legitimo Procuratori continuè ſoluiſſe, nec apparet aliquo tempore dictum Charitaterium, nec ſuos prædeceſſores penſionem recepiſſe, ex quo præſumendum eſt, vel titulum, & obligationem ſoluendi dictæ Eccleſię interueniſſe, vel Charitatherij, & ſuorum prędeceſſorum ſcientiam, & ratificationem cum in dicta Eccleſia reſidentiam haberet, ſed quod omnino irrefragabilis eſt. Iuxta credulitatẽ dictos fuiſſe emphyteutas ad credẽdũ dicti tributi ex actionẽ dicti ſedi cõpetere. Quis enim non exiſtimaret dictam Eccleſiam ſanctiſſimam, & religioſiſſimam iuſtè, & ſine vitio ab emphyteutis prædictum canonem recipere? Et quis etiam non affirmauit dictos emphyteutas nõ fuiſſe nimios incredendo dictæ Eccleſię? Ex quibus omnibus iure, & ratione ducimus, ſaltim ad excuſandum emphyteutam á prædictis prętenſis caducitatibus, & commiſſo, & pro dicto Collegio ius dicere, eiuſque propoſitionem admittere in prædictis bonis ſub numero ſecundo, tertio, & quarto loco confrontatis, & modis, & formis in ſententia contentis, maximæ quia in hac Regia Audientia (in qua benignior, & equior pars ſemper fuit amplexa) deciſſum ſæpius fuerit, quamlibet cauſam à caducitatis pœna excuſare, quæ omnia mouere debuiſſent dictam ſedem (quæ in locum Charitaterij virtute Bullarum Apoſtolicarum eſt ſubrogata) ad deſiſtendum à prædicto commiſſo ob nõ ſolutionem dictarum trium penſionum facto, cum eas ipſa ab emphyteutis exegerit, & durum eſſet iterum eas extorquere.

quere. At verò, quia, vt dictum est, dominium directum dictorum prædiorum Sancti Saluatoris de Mareca, quæ sunt mensuræ, & quantitatis centum, & trium caficiorum vnius modij, duorum quartalium, & duorum almutorum terræ dictis Ecclesiæ, & Archidiacono competit, & eorum respectu iure vtilis dominij propositio dicti Collegij venit recipienda meritò ad onus, & solutionem dicti tributi dictis dominis directis faciendam pro dictis prædijs Sancti Saluatoris dictum Collegium modis, & formis quibus in sententia teneri censemus. Minimè, & recipitur prædicta propositio dictorum Archidiaconi, & Charitaterij respectu dominij directi tantum. Tum quia satis illis consultum videtur pro conseruatione dominij directi recipiendo propositionem dicti Collegij, cum prædictis oneribus, & conditionibus tributarijs respectu directi dominij dictorum Archidiaconi, & Charitaterij. Tum etiam, quia de iuris, & fori rigore commodo dicta propositio recipienda non videtur quandoquidem Dominus directus ex solo titulo dominij directi obtinere non potest in iuditio apprehensionis, sicut ne quilibet alius cum solo titulo sine possesione, nisi in certis casibus, de quorum numero præsens non est, sed solummodo quando commissantur bona emphyteutica, & tale commissum eficax est, vt illius vigore dominium vtile cum directo consolidetur, & auocetur possesio ab emphyteuta, absque aliqua escusatione commissi per emphyteutam ex defectu alicuius conditione incursi. Et licet aliquando aliter fuerit practicatum, hæc tamen sententia solidioribus fundamentis iuris, & fori inniti videtur, & secundum eam fuit sæpissimè iudicatum.